HIERONYMUS
12. Jh. Seite 41r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift



suis. & quasi orix rete conpressus uel uiribus romanorum
uel diaboli laqueis quibus uinctus huc usque retinetur. Vt autem
ista paterent dominatores eorum ac magistri iniquitatis egerunt.
qui iuxta symmachum & theodotionem ululabunt, iuxta
aquilam flebunt. cum tormentis traditi fuerint. Ipsi enim sunt qui
aduersum saluatorem populum concitarunt. ut consona uoce
clamarent. crucifige crucifige. talem de quibus & iam ante dixerat
ipse dominus. ueniet cum senioribus populi & cum principibus eius.
Vos autem quare succendistis uineam meam. & rapina paupe
ris in domibus uestris. quam obrem iuxta lxx. loquitur ad eos. Propter
uos semper nomen meum blasphematur in gentibus. & sciendum
quod in gentibus non habeatur in hebreo. sed absolute nomen me
um iugiter blasphematur ut subaudiatur in synagogis uestris
quidiebus ac noctibus blasphemant saluatorem. & sub no
mine ut sepe dixi nazarenorum ter in die christianos congerunt ma
ledicta. Illis itaque blasphemantibus & maledicentibus
domino populus eius de quo crebro iam dictum est. idem populus xpianus
sanctificet nomen illius qui uenturus est in nomine patris.
& propterea sciet quia ipse qui prius locutus est per prophetas. presens
erudiet populos, iuxta lxx. loquitur ad israel deus quod in e
gyptum uoluntate descenderit. dicente in deutrono
mio dicente moyse. in egyptum descenderunt patres
tui in lxx. animabus. & ab assyriis captiui uiolenter
abducti sunt. unde dicitur ad eos. Et nunc quid estis hic.
idem quid facitis in terra iudea. qui pro necem prophetarum in di
filium misistis manus. aut certe ad angelicas potesta
tes & presides templi angelos loquitur dominus. Quid hic facitis
cur non relinquitis populum blasphemantem. quod & iosephus
refert. apertis repente ianuis templi & sponte resera

tis